



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXIX. Der Rath zu Perleberg vereignet dem Altar St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche einen Platz am Stadtgraben zu Sperlingsdorf, der dem Altare wegen der zu Perleberg herrschenden Pest ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**LXIX.** Der Rath zu Perleberg vereignet dem Altar St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche einen Platz am Stadtgraben zu Sperlingsdorf, der dem Altare wegen der zu Perleberg herrschenden Pest geschenkt war, im Jahre 1344.

In nomine sancte Trinitatis amen. Cum cunctorum hominum in curis temporalibus mens maxime sit intenta etc. — nos consules civitatis Perleberch cupimus fore notum publice protestantes in his scriptis, Quod ad Dei omnipotentis laudem et honorem et beatorum martirum Dyonisi et Sebastiani et sociorum eorundem reverentiam, matura deliberatione prehabita et nostrorum predecessorum consilio, pleno quoque consensu accedente, aream in villa sperlynghestorp cis nostre civitatis fossam sitam, per discretum dominum Thidericum putlest erogata altari predictorum sanctorum martirum divinam misericordiam implorando, ut epydimie clades, que in nos mortales miserabiliter quondam vergebhat, propitius mitigaretur dono, a reverendo domino lamberto nostro plebano et ab honesta vidua relicta Petri Buls fundato, predicto altari appropriavimus et presentibus appropriamus, pronunciantes eandem aream ab omni exactione vel precaria nostre civitati danda perpetue liberam et exemptam. Renunciamus enim etiam omni juri et commodo, quod nobis aut nostre civitati in ea competuit aut competere posset in futuro, renunciatione debita et solempni, Tali tamen conditionis articulo precognito, si propter sepedicte nostre civitatis munimen et tutelam nobis vel nostris successoribus novam fossam per prenominatam aream fodi competeret, hanc licite in ea fodere debeamus sive possimus, nulla licentia possessoris dicti altaris ad hoc requisita, sed tantum de agro libero et competenti sive illi aree equi pollenti penes nostram civitatem restituemus vel satisfaciemus, veluti rationabile fuit, predicto altariste pecunia cum parata. Ut autem omnia premissa robur firmitatis perpetue forciantur, presentem literam cum appensione nostre civitatis sigilli dedimus roboratam. Testes huius rei sunt Hinricus Radolfi, Thidericus Dalmy, Hinricus Mōke, Johannes Deffow, Sabellus Rulow, Arnoldus Leneviffe, Hinricus Prescyr, Henneke Bachus, Arnoldus Lange, Petrus Gerstenkorn, consules presentis anni et alii quam plures fide digni. Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in die sabiani et Sebastiani martirum beatorum.

Nach einem alten vom Superintendenten Liesegang mitgetheilten Copialbuche der Ober-Pfarrregistratur in Perleberg.

**LXX.** Der Rath zu Perleberg vergleicht die Schächter daselbst mit den Juden wegen des Schlachtens, im Jahre 1346.

Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XLVI<sup>o</sup>, in die beate virginis Lucie, astiterunt coram nobis Consulibus civitatis perleberch Carnifices nostri cum Judeis nostre civitatis et placita subscripta inter ipsos ex parte eorum de mactatione pecorum et iumentorum per strennuos milites ottonem de helbe advocatum et Yonem de konnighefmarke, necnon honorabilem virum dominum lambertum plebanum, produxerunt ordinata, que ex vtraque parte Servanda arbitrarunt, sub pena novem solidorum brand. denariorum. Primo ergo Judei nobis commorantes quomodolibet anno a die beati dyonisi per quindenam continue sequentem oves quascunque et capras, hircos, vitulos fugentes mactare possunt et debent, omnium carnificum contradictione proculmota. Preterea carnifices nostri ement siue emere debent a termino Sancti mychaelis vsque ad terminum Sancti martini XXXIII boues uel uacoas pre-